



[Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]



4
כג
POSITIONUM
METAPHYSICARUM
SENARIUS UNDECIMUS

quem

IN FLORENTISSIMA LELICOREA

SUB PRÆSIDIO

M. ÆGIDII Strauchs / WITTEB.

FACULT: PHILOSOPH:
ADJUNCTI,

Publica Disputationi sistit

HEINRICUS BAUMANNUS

TORGENSIS.

In Auditorio Collegii Veteris

Ad diem 13 Decemb. horis matutinis.

VVITTEBERGÆ,

Typis JOBI WILHELMI FINCELI

ANNO M. DC. L IV.

*Henr. Bauman nat. 1634. et ab 1669. et Director
des Gymnasii z Coblenz gestorben.*

V I R O

Speḗtabili prudentiâ, autoritate, & experientiâ

Nobili

DN. GEORGIO GOLDAM-

MERO, Celsissimi Electoris Saxonix Præfecto rei
piscatoriæ Generali, Affini, & Patrono suo since-
rissimo debiti amoris affectu reve-
renter atatèm profe-
quendo

Nec non

Consultissimo ac Prudentissimo

V I R O

DN. GEORGIO *Santzlandt*/

Reip. Torg. Senatori & Ædili dignissimo, Affini
& Mœcenati suo omni observantiæ cultu
perpetim devenerando

*Hasce pagellas in debita observantiâ testimonium
& ulterioris benevolentia suscitabulum sacras
esse jubet*

Eorum cultor observantis.

HEINRICUS BAUMANNUS

Torg.

L 199,

POSITIO I.

Sicuti varii communicationis dantur modi, ita imprimis communicatio, seu *Koinonia kata συνδυασιν*, qua propter unionem id, quod unius est proprium, alteri confertur, sine sui multiplicatione, aut transfusione, ad communem possessionem, usurpationem & denominationem, astruenda & contra adversariorum insultus defendenda est. Nullam enim contradictionem implicat, esse proprium & tamen communicari posse.

POSITIO II.

Non omni singulari essentiae, seu individuo repugnat communicabilitas.

POSITIO III.

Etsi attributa ENTIS, & imprimis infiniti, realiter idem sint, non tamen sequitur semper, quod communicatio unum eorundem communicetur & alterum, ita ut immediate subjectum, cui communicatio facta esse dicitur, denominet. Ut adeo nulla insit consequentia in Axiomate isto Pseudo philosophico; communicatio unum proprio, communicantur & reliqua.

POSITIO IV.

Non omnis Privatio ejus, quod naturale est, infert mutationem speciei, quin potius Naturale quoddam a subjecto suo nonnunquam abesse potest, eadem manente ef-

te essentiâ præcisè spectatâ. e. g. etsi immortalitas quô-
dam tempore homini naturalis fuisset, (conditiona iter-
enim, ut philosophi consultò loquimur) nequaquam ta-
men sequeretur exinde, (ut perperam non nemo colligit)
hominem, hâc dignitate & excellentiâ præditum ac con-
spicuum specie, differre ab homine morti obnoxio.

POSITIO V.

Miracula quæ DEUS, ut causa Principalis, vi omnipo-
tentiae suæ nonnunquam edit, contrâ naturam fieri ne-
quaquam dicenda sunt. Neq; enim contra Naturam
est virginem parere, grave non descendere, solem stare,
etc. Si DEUS hæc fieri velit, & efficaciter jubeat.

POSITIO VI.

Etsi Ars sit æmula Naturæ, eidemq; in certò genere
præferatur, nequaquam tamen statuendum est, artem
propriâ virtute substantiam de novò producere posse,
quin potius quicquid ars feliciter peragit, applicando
saltem activa passivis absolvit. Interim si applicatio ista
debitò modò fiat, stupenda sæpiùs effecta edere
valet, uti patet si quis e. g. Chymicorum
tabernas intret, vel pullos Ægyptiacos
cum Scaligero intueatur. etc.


✓
00 A 6436

ULB Halle 3
004 931 300


KD 18







B.I.G.

Farbkarte #13



4

MONUM
 SICARUM
 INDECIMUS

em

MA LEUCOREA

ÆSIDIO

uchs / WITTEB.

PHILOSOPH:

CTI,

tationi sistit

BAUMANNUS

NSIS.

collegii Veteris

horis matutinis.

ERGÆ,

ALMI FINCELII

OC. LIV.

1769. et Director

Nov. 1769.